

his, quibus ex mandato quidē Ducis
 Fridlandiæ (ut qui Ducatum Megal-
 burgicum, & cum eo jus patronatus
 Academiae jam in propriis reputat)
 ex jussu tamen etiam omnium colle-
 garum, vocor ad Professionem illam,
 sub iisdem conditionibus, quibus
 hic sustentor, à Duce præstandis.
 Ecce inopinatum illi. Hoc enim si
 præscisset, credo hoc mihi fuisse
 dicturum, constituisse se patriam pe-
 riclitantem deserere, studiorum fe-
 dem in maritimis quærere. Jam hoc
 audito, discessit ille à me, ne verbum
 quidem proferens de filia. Literis
 tamen subsequens ostendit, se persta-
 re in proposito. Expecto novam ma-
 chinam. Ego omnia liberalissimè &
 scribo & facio etiam, quæ ad illum
 adjuvandum pertinent, sed in gene-
 ralibus maneo; speciales ejus cir-
 cumlocutiones dissimulo, aut silen-
 tio